

ecolatis, caule ramoso, floribus secundis erectis, calycibus hirsutis, Roy. Lugd. B. 447.

*Limonium echioides* prodiit, sed mox periit.

*Trifolium fragiferum tomentosum* non prodiit, quod doleo.

His inclusa mitto semina *Rhabarbari*, hoc anno nata, et *Delphini hybridi*, in nostro horto primùm prognati, et *Aconiti alpini*.

Spes elucescit, quòd D. Loeffling. propediem petat Americam; quòd si fiat, nullius dubito, quin benè multas detegat plantas. Nuper misit novum genus, *Lygeum* dictum, Gramen *Spart.*, 2<sup>um</sup> Clusii, quod inter omnia genera, caractere maxime singulari est.

Est mihi formula in magno pretio, contrâ Gangrænam, Sphacelum, Hypersarchasin, Maculas scorbuticas, quam tibi revelabo, sed, rogo ipse experiaris, nec alii nulli reveles  $\mathcal{R}$ .  $\mathcal{F}$  clavell.

$\mathcal{R}$ .  $\mathcal{O}x^a$   $\mathcal{C}\beta$   $\mathcal{F}$  viv.  $\mathcal{C}\beta$   $\mathcal{V}$   $\mathcal{E}$

$\mathcal{R}$  120. m. : distilles per vesicam cupream; evadat  $\mathcal{V}$  cærulea; pro usu externo.

Vale, Amice dulcissime, colendissime; mea devota officia uxori Dominæ et natis. Ter vale.

Dabam Upsaliæ, 1753, die 20 Augusti.